



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

167. Ut Episcopus monachorum vel puellarum introëat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut Episcopus monasterium monachorum  
vel puellarum introeat. *Ex Concilio  
Rotomagensi.*

CLXVII. Ut Episcopus monasterium Burchard. lib.  
8. c. 66.  
monachorum & sanctimonialium frequenter  
introeat, & cum gravibus & religiosis perso-  
nis in eorum vel earum conventu residens, eo-  
rum vitam & conversationem diligenter dis-  
cutiat; & si quid reprehensibile invenerit, cor-  
rigere satagit. Sanctomialium etiam pudici-  
tiam subtiliter investiget. Et si aliquam inve-  
nerit quæ, neglecto proposito castitatis, Cle-  
rico aut laico impudenter miscetur, acriter  
verberibus coercentur, & in privata custodia  
retrudatur, ubi quod male commisit dignè  
pœnitentia. Interdicat autem ex auctoritate san-  
ctorum canonum ut nullus laicus aut Clericus  
in eorum claustris & secretis habitationibus  
accessum habeat, neque Presbyteri, nisi tan-  
tum ad Missam. Expleta Missa, ad Ecclesias  
suis redeant. Omnibus præterea publicè &  
privatim denuntiet quantum piaculum sit qui  
sponsam alterius violat, quanto magis reus  
majestatis efficitur qui sponsam omnipotentis  
Dei corrumpit.

*Mutila est postrema pars istius capitilis: quæ  
sic restituenda est ex Burchardo: quantum  
piaculum sit qui sponsam Christi violare  
præsumit. Si enim ille reus tenetur qui  
sponsam hominis violat, quanto magis &c.*

\* \*

S